



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Eximii & Amplissimi Domini Damen Decani Insignis
Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Petri Lovanii, ad Excellentissimum, &
Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Mechliniensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

EXEMPLAR EPISTOLÆ.

*Eximii & Amplissimi Domini Damen
Decani Insignis Ecclesiæ Collegiatæ
Sancti Petri Lovanii, ad Exellen-
tissimum, & Reverendissimum Do-
minum Archiepiscopum Mechlinien-
sem.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

CApitulum Sancti Petri Lovanii Epistolam Pa-
storalem Excellentissimæ, & Reverendissi-
mæ Dominationis Vestræ summâ, ut par est, re-
verentiâ, recepit; & omnes Domini præsentes una-
nimi voto Constitutionem *Unigenitus* denuò accep-
tarunt, uti videre licet ex adjuncto his extracto.
Benedictus Dominus Deus, qui tñm strenuum Ec-
clesiæ Belgicæ dedit Antistitem, & Primate.
Itaque, Excellentissime, ac Reverendissime Do-
mine, confortare in Domino, & esto Vir robustus
(ignosce quæso gaudentis, & plaudentis Famuli tui
Votis) ac sub Duce Deo prò causa Dei præliare
bella Domini, & labora sicut bonus miles Christi,
aspiciens in paratam tuis laboribus, tuisque victo-
riis immarcescibilem gloriae Coronam. Dùm sem-
piterno cordis intimi cultu subdor. Lovanii die
Sancto Carolo Borromæo sacrâ, anno 1718. Ex-
cellentissime, & Reverendissime Domine. Excel-
lentissimæ, ac Reverendissimæ Dominationis Ve-
stræ, Humillimus, & Obedientissimus Servus.
*Erat signatum. HERMANNUS DAMEN Deca-
nus Sancti Petri Lovanii.*

Extra-

*Extractum ex Actis Capitularibus insig-
nis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Petri
Lovanii, inter quæ habetur, ut sequi-
tur sub datâ diei quartæ Novembris
1718. in Capitulo ordinario.*

A Pertæ, & lectæ sunt Literæ Excellentissimi, & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis cùm adjunctis exemplaribus ipsius Epistolæ Pastoralis; & omnes Domini præsentes unanimi voto denuò acceptarunt Bullam *Unigenitus*, & ordinarunt, ut ea, quæ petit Excellentissimus Dominus, executioni mandentur, & ut, tām Epistola Excellentissimi Domini manuscripta, quam Epistola ipsius Pastoralis impressa, registretur, & hæc omnia Excellentissimo Domino esse rescriben- da per Reverendum Admodum, ac Amplissimum Dominum Decanum. Ita est, testor. *Erat signatum. J. B. FRANSSENS Secretarius.*

* * * * *

EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS
Reverendorum Admodum Dominorum
Pastorum Oppidi Lovaniensis.

NOs infrascripti in Civitate, & Universitate Lovaniensi respectivè Pastores, ad Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini THOMÆ PHILIPPE Archiepiscopi Mechliniensis die 17. Octobris 1718. Universo Clero & Populo suæ Dioecesis inscriptam, debitè congregati, ac memores Juramenti nostri, quo sæpius in sole-